Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

libertatemq; defendamus aduersus impotentiu stultam uecordemq;
violentiam & omnes seli minas atq; terrores fortitudine animi prouo
cemus: Sic ea que alij timent: excelsa & insupabili mente dolorem
mortemq; calcamus: Hec est uirtus. hec vera constantia in hoc tuenda
& conseruanda solo: ut nullus nosterior. nulla eius a deo possit euerte:
Vera igitur Ciceronis illa sententia est: Homo mgt homo iustus pōt esse
qui mortem. qui dolorem. qui exilium. qui egestatem timet: sic Se
nece in libris moralis phie dicentis: Hic est ille homo iustus non apice
purpura ue. non lictorū insignis ministerio: sed nulla re minor: q cū
mortem in uicinia uidet: non sic perturbatur tamq; rem nouam ui
dent qui siue toto corpore tormenta patienda sunt: siue flamma ore
rapienda est: siue extendenda per patibulum manus: non querit:
quid patiatur: sed q bene: Qui autem deum colit. hec patitur. nec timet:
Ergo iustus his rebus efficitur: ut neq; uirtutes. neq; uirtutem ex
cellentissimos homines nosse aut tenere possit omnino: quisquis est a re
ligione dei singularis alienus: —

Cicero.

Honestus homo secundum Senec.

Sed omittamus phos: qui aut nihil omnino sciunt. idq;
ipsum pro summa scientia preferunt aut qui non percipiunt
& que sciunt: aut qui qm se putant scire que nesciunt in
epte arroganterq; delipiunt: nos ergo ut ad propositum reuertamur:
quibus solis a deo veritas reuelata & celitus missa sapientia est: q
iubet illuminator noster deus: Sustineamus inuicem & laboremus hu
ius uite mutuis adiumentis preferamus nec tamen si quid boni
opis fecerimus o'am capiemus ex eo: Monet h. deus operatorem ius
ticie: non oportere esse iactatorem. ne non tam mandatis celestibus
obsequendi: q studio placendi humanitatis officio fructus esse uide a
tur: habeatq; iam glorie quod cepit: nec primū celestis illius ac diui
ne mercedis accipiat: Cetera: que obseruare cultor dei debet. facilia sūt.
illis uirtutibus comprehensis non mentiatur cuiq; decipiendi aut nocēdi
causa: Est h. nephas. cum qui veritati studeat. in aliqua re esse fallacem.
atq; ab ipsa: quam sequitur ueritate discedere: In hac iustitie uirtutiq; oī
nium uiri nullus mendacio locus est: Statq; uiator ille uerus ac iustus ro
dicer illud Lucilianum. Homini amico & familiari non est mentiri meū:
Sed & inimico atq; ignoto existimabit non esse mentiri suum: Hec
alia omittere ut lingua interpres animi a sensu & cogitatione discordet:
Pecuniam si quam crediderit: non accipiat usuram: ut & beneficiū i colu
me: quod incurrit uectatur. & abstineat se prorsus alieno: In hoc h gne

Contra mendaces.

Lucilius.

Vsuram uitandam.

XVIII.